



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

adulatum, Qui enim splendide vestiti, auribus dominorum blandiuntur, in palatio, non in deserto sunt, at qui sic vestiuntur, qui vescuntur cruidis oleribus, non norunt adulari. Non est enim tam fœda seruitutis vllum precium. Quin & mollicudo vestium signum est effœminatorum, & delictiosiorum, qui natura sunt inconstantes. Quia sunt fastidiosi, & appetitionibus obsequentes. Tertullian. teneras vestes conuertit:

VERSUS 9.

*Sed quid existis videre? Prophetam?
Etiam dico vobis & plus quam
Prophetam.*

QVÆSTIO I.

An Ioannes Prophetam?

*Ioannes
plusquam
Propheta.*

§. 1. Interrogationis repetitione studium exeundi, audiendiq; Ioannem compendebat. An inquam Prophetam putatis? & maior est Prophetam. *ἄλλος ἢ προφήτης*, amplius est quam Prophetam. Syrus *אֲנִי מִן נְבִיאִים* *Vaiathir men nebiam*, pro stator pra Prophetam. Non igitur vestra vos expectatio teffellit, talem vidistis, qualem vestrorum maiorum nemo. Populus autem Ioannem, ut Prophetam habebat. c. 21. 26. Christus *ἄλλος ἢ προφήτης* plusquam Prophetam asserit, quod verbum quod verbum in vitio, & laude ponitur, hic pro dignitate Ioannis accipitur.

§. 2. Quomodo Ioannes Prophetam se negat? Respondeo; Christus maiorem Prophetam eum asserit. Prophetam non erat, quales veteres illi qui de venturo varicinabantur, sed qui Christum venientem ostendebat, præcurfor; & ex aula Domini, simul nutritus, perpetuo assilens. Negat igitur se Prophetam eo modo quo alii, qui venturum canebant, ipse præsentem monstrabat.

*Non Pro-
pheta more
aliorum.*

VERSUS 10.

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

QVÆSTIO I.

An Ioannes Angelus?

*Ioannes ex
sanctitate
& officio
Angelus.*

§. 1. Angelum accipiunt nonnulli generatim, ut nuncium, legatumq; significet; eo modo Angelus hoc loco non vocatur; Nam Prophetam quoque internuntii & interpretes diuinæ voluntatis *ἄγγελοι* dicuntur. Christus verò Ioannem ideo præfert Prophetis, qui Angelum cum Prophetam appellarunt. Malachie 3. 1. & 2. 7. Angelus ergo singulari prærogatiua sanctitatis, officique.

Voluit verò insignem Ioannis puritatem, promptitudinem, obedientiam indicare, cum Angelum vocauit; ut Theophyl. Euthym. alii annotant. Imo Chrysostomus summæ hoc illi laudi dat. Puto quod gloriosior est, inquit, Ioannes, quod homo fuit, & propter virtutis meritum Ioannes & vocatus, quam si nomine & naturâ Angelus fuisset.

Tertullian. aduersus Iudæos c. 9. Dei filium dixisse. Ecce, inquit, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, populi, qui te custodiat in iuue e, & introducat in terram quam preparavi tibi: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fue-

ris ei: non enim celauit te, quoniam nomen meum super illum est. Populum enim introducitur erat Iesus in terram re-promissionis, non Moyses. Angelum quidem dixit eum ob magnitudinem virtutis, quas erat educturus (quas virtutes fuit Iesus Naue, & ipsi legibus) & officium Prophetam, nunciatum scilicet diuinam voluntatem, sicuti & præcurforem Christum annem futurum Angelum appellat, Prophetam Spiritum dicens, ex persona Patris: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, Christi, qui preparabit viam tuam antea. Nec nouum est Spiritui sancto, Angelos appellare eos, quos ministros sua virtute Deus præficit.

Iudæi tamen plurimi Angelum verum corpore vestitum arbitrati sunt, ut refert Hieron. & Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos. Rab. David Angelum autem missum, qui iudicium exerceat. Verum fabulam illam, omnes sapientiores etiam Iudæi irridunt.

QVÆSTIO II.

Cuius ante faciem preparabit viam?

§. 1. DE Prophetam lectione disputatur. Nam in Hebræo, illud: *ante faciem tuam*, non est, sed hunc in modum legitur *לפני פניהך* *Malachi*, *ὑψίμα δερεχ λεφθαυ*, Angelum meum, & preparabit viam ante facies meas.

Loquitur autem Pater filio, fore ut præparet, *ὑψίμα*, complanabit, quidam *ὑψίμα* ante me. Itaq; hic ad-

ditum à Christo *ὑψίμα* ante faciem tuam, quod nec in H. br. nec Chal. nec in Septuag. est. Deinde pro *ὑψίμα* *λεφθαυ*, ante facies meas, Christus dixit *ὑψίμα* *ἔγω*. Quod in 70. est *ὑψίμα* *ἔγω*. Est & alia lectio 70. *ὑψίμα*, mittam. pro *ὑψίμα* *ἔγω* mitto, sed eam vitiosam non dubito, quamvis præferat exemplar Francfortense.

§. 2. Principio mittere ante facies, aut ire antefacies, est Hebræis antecedere Habac. 3. Psal. 147. Thren. 1. 18. 45. Deinde constat etiam verba illa addita illi, *ante faciem tuam*, sententiam: nam si ante eum viam præparaturus non erat, velut antecambulo & metator, etiam antecedere oportuit. Est autem hic similitudo à principibus cum splendore venientibus sumpta.

§. 3. Hoc præcipue queritur. Cur dicat Prophetam, ante facies meas, vel coram me; Christus verò: ante te?

Resp. Facilis videtur. In Euangelio loquitur Pater, in Prophetam filius, uterque verò Ioannem misit. Iansenius tamen in Prophetam Patre loqui putat: quia mox additur, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis. Verum parui momenti est, filius enim loquitur de se in tertia personâ, ut moris est. Fixum igitur ratumque maneat: Filium loqui cum dicit præparabit, ante facies meas. Ioannes enim non ante Patrem, sed ante filium præcedit. Quamuis ante facies Dei præcedat, & Zacharias Pater eius prophetat. Tu autem puer, &c. *præbo ante faciem Domini parat viam eius.*

Inuictum igitur argumentum de Christi diuinitate contra Arianos colligitur. cum Christus Ioannem mittat. cum & Pater mittat, vna eademq; virtusque actio, & auctoritas, adeo ut quod Prophetam vni, Euangelista alteri tribuat.

VERSUS 11.

*Amen dico vobis, non surrexit inter
natos mulierum maior Ioanne Ba-
ptista: qui autem minor est in re-
gno cælorum, maior est illo.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

An nemo maior Ioanne?

Maiores est ita Com. Hier. Nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui tam cum Deo est. Maior est eo, qui adhuc consistit in praelio.

Quomodo maior & minor.

Qui de Euangelio interpretantur, quidam ita comparationem instituunt, ut dicant minorem in Euangelio esse illo maiorem ex natura Euangelij, Ioannes enim ex natura legis minor est. Non quod simpliciter minor, sed quod minor ex natura legis, licet maior ex Euangelio.

Alij vnumquemque in Euangelio ad perfectionem contententem posse in Euangelio maiorem illo fieri.

Denique Francisci Lucæ aliorumque sententia minor Ioanne est Christus, qui maior est illo. Minor autem Ioanne est Christus, qui maior est illo. Minor autem Ioanne est Christus, qui maior est illo. Minor autem Ioanne est Christus, qui maior est illo.

Minor & maior Ioanne Christi.

§. 2. Hanc vltimam verissimam puto, Christus enim de se in tertia persona loqui solet, atque ita etiam vltimam ostendat, ita enim Ioannem laudat, vltimam ad Ecclesiam adificationem præferat se Dominum præcuriori.

Laws Ioannis ad Christi gloriam instituta est.

Deinde firmatur aliarum sententiarum resurrectione, dubium est enim apud multos, an minimus Angelorum gratia & gloria maior sit sanctissimo homine. Et quamvis illud asserere luberet, non est cur hic de comparatione cum Angelis agi dicamus. Altera expositio de statu perfectionis in cælo, non videtur comparatur. Tum quia nondum quisquam hominū in cælum assumptus erat; tū vero quia nemo dubitat perfectionem cum statu esse hac mortali; hoc enim ad dignitatem Ioannis vel augendam, vel minuendam nihil faciebat. Aliud enim non diceret, quam beatos in cælis suo in statu feliciores esse, quam Ioannem in suo, hoc est, in vinculis.

Non comparatur cum beatis.

Nec coheret, quæ de statu Ecclesiæ militantis adferuntur. Et enim quamvis ex natura Euangelij maiores compararentur, quam ex natura legis, non tamen id ad rem facio statum.

Non est comparatio statum.

Quæ excludunt B. Virginem, quia dicitur masculinæ in iis uerbois inter natos, quali filias aut natos non comprehendat, infima coniectura vtuntur, scripturæ enim masculino genere vti solet, pro omnibus. Quod ubi Erasmus voluerit, cum dixit uerbois neutrius generis esse, non video: nisi forte quod Grammaticus olim in gratulatione nuptiali dixit.

Et masculini, & feminini gignite, Generisque neutri filios.

Non est comparatio statum.

Sed errant pueriliter interdum magni illi censores, omnium iudices. Multæ stellæ solem præeunt orientem, multæ sequuntur, solus Lucifer nomen habet à luce insigni, ut vocetur. Hoc tributum Ioanni fuit, nec mirum videri debet alios alijs certa ratione anteponi & postponi.

Non est comparatio statum.

QVÆSTIO II.

Quis minor est in regno cælorum?

§. 1. Regnum cælorum duplici modo interpretantur. Vt sit Ecclesia triumphans. Alij vt sit minor in cælo dicatur maior Ioanne. Altera, vt minor in Ecclesia Christiana dicatur eodem Maior.

Illi qui de cælo & Ecclesia triumphante interpretantur, iterum in partibus sunt. Aliqui enim de Angelis accipiunt, vt dicatur minor Angelus maior Baptista, ita D. Augustinus.

Alij de quolibet qui est in cælo, quia statu perfectionis Adam in Euang. Tom. I.

Non est comparatio statum.

Adam in Euang. Tom. I.

Non est comparatio statum.

Ioannis Christus in Euangelio

nimille suam prædixit, Apostolorum vero conciones post illam habitæ sunt.

Itaque multos ipse conuertit, & instruxit. Non propter obsecritatem minor Apostolis, sed propter spiritum, aliaque dona maior.

Ex magnitudine Ioannis, Cyprianus argumentum pro hæreticis rebaptizandis adducit. Nec recusabunt, inquit, baptizari apud nos hæretici legitimo & vero Ecclesiæ baptismo, quando ex nobis didicerint, baptizatos quos à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent; sicut legitimus in actibus Apostolorum. Et nunc apud quosdam de nostris, hæreticorum baptisma occupatum asseritur, & inuidia quæ ad quæsi rebaptizandi, baptizare post hostes Dei nefas ducitur, cū baptizatos inueniamus, quos Ioannes baptizauerat: ille Ioannes maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in uero matris impletus, ille Helia Spiritu & virtute subnixus, qui non aduersarius Domini, sed præcursor ac prædicator fuit, qui Dominum non tantum verbis prænuntiavit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum, per quem baptizentur ceteri, baptizauit, ita Epist. 7. ad Iulianum.

Errorem illum S. Cypriani & cœpiscoporum eius nostri sætarij non sequuntur, quod tamen oporteret, si baptismus Ioannis & Christi esset idem: Ille enim vere rebaptizatos esse ab Apostolis fateatur, quos Ioannes baptizauit, quod negant hæretici; ideo verò illi sunt rebaptizati; quia non idem baptismus Ioannis & Christi, hac de re supra c. 3. disputauimus. Vide Aug. l. 5. de baptismo. c. 1. 2. 3. 4. ostenditque S. Cyprianum, eos saluos æstimasse, qui ad Ecclesiam sine anabaptismo venerunt. Si dicit, inquit, non recte fors datur: respondemus, sicut non recte fors habetur, & tamen habetur, sic non recte fors datur, sed tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliatione incipit uile esse, quod extra eam inuoluitur datū est.

Videatur & Aug. l. 5. de baptismo c. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ubi inter utrumque baptismum discrimen ostendit. & c. 17. Quandoquidem, inquit, cuius Episcopo permiserit sentiendi hac de re quod uellet libertatem, non mirum cuiquam uideri debere, si ipse à Cypriano hac de re dissentiat: uerūsa Ecclesiæ consuetudinem & definitionem plenarij Concilij pluris faciens, quam aliquot Episcoporum scripta.

S. 5. Et Hieronymus aduersus Luciferianos. Verum si uoluerunt, qui ab Hilario instructi sunt, & oues sine pastore esse cœperunt, de scripturis ea proferre quæ Cyprianus ob hæreticos rebaptizandos, in Epistolis suis reliquit. Sciatis, inquit, illum hac non cum anathematizatione eorum qui se sequi noluerunt edidisse (siquidem in communionem eorum permansit qui sententia sue contraxerant). Sed hortatum potius fuisse, propter Nouatianam & alias tunc hæreses enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur.

S. 6. Aug. l. 2. contra aduers. Legis & prophetarum, Binas expositiones complexus est, de Angelis & de Christo. Nam respondet aduersarijs qui hinc argumentabantur Ioannem cælo exclusum, ideo multo magis omnes prophetas, quibus hunc in modum ille respondet. Argumentati etiam, inquit, de Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo, ita uelut ratio in dno, tanquā Ioannes non pertinet ad regnū cælorū, & ob hoc multo minus ceteri propheta illius populi, quibus maior est Ioannes. Hæc autem uerba Domini duobus modis possunt rectissime intelligi. Aut enim regno cælorum appellauit eo loco Dominus, quod nondum accepimus, & in quo nondum sumus; unde & in fine dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Et quia ibi sunt Sancti Angeli, quilibet in eo minor, maior est utiq; quolibet sancto & iusto, portante corpus quod corrumpitur & aggrauat animam. Aut si regnum cælorum in ea sententia illum intelligi uoluit, quæ & in hoc tempore significatur Ecclesiæ cuius filij sunt omnes ab institutione generis humani usque nunc quotquot iusti & sancti esse potuerunt: præfetto seipsum Dominus significauit, quia nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis æternitate, & De-

Vere à
Paulo re-
baptizati,
quos Io-
annes ba-
ptizaret.

Cyprianus
à se dissen-
sientes non
damnauit.

Manichæi
Ioannem
damnatum
dicebant.

minica potestate. Proinde secundum priorem expositionem ita distinguit: in nati mulierum nemo exiit rex maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, ac deinde subinfert, maior illo est. Secundum hanc autem posteriorem ita: in nati mulierum nō exiit rex maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est, ac deinde subinfertur, in regno cælorum maior illo est. Sed uterq; intellectus tam congruit ueritati, quam resellenda huius sufficit uanitati. Sine enim quilibet Angelus ceteris minor, Ioanne sit maior: sine hic Dominus intelligatur, Ioanne præcursor suo etate minor, maiestate maior, nihil inde prophetis ceteris derogatur. Potuerunt enim esse Ioanni aliqui æquales, aliqui eo minores, nullus autem maior propter sententiam Domini: omnes tamen sancti, & iusti & boni.

VERSUS 12.

Adiebus autem Ioannis Baptiste & que nunc, regnum cælorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud.

QUESTIO I.

Quam patitur uim regnum cælorum?

S. 1. Indicat solutis repagulis omnibus, aditū ad regnum esse, non iam de patribus, & carnali hereditate agi, sed omnibus aperiri, dare uirtuti, etiam exteræ, nam ab oriente & occidente uenient; alioquin ad regna terrena, quæ bellis cōf obtinent, & exteri. Luc. 16. 16. Lex & Propheta ad Ioannem, ex eo regnum euangelizatur. Ante à solis Angelis possidebatur, nunc hominibus patet, non ignauis, sed fortibus, Iudæis nascitur Christus, sed plus prodest gentibus, externi in regna ruunt, uolentia ergo est multitudo, feruor, impetus quo post Ioannis & deinceps Christi prædicationem uirtuti student. Sic & terra promissionis armis occupanda fuit.

Hilarius uero can. 11. & in Psalm. 2. Sic, ait, in rapiendo regno cælorum raptore Dominus delectatus, ait: A diebus autem Ioannis regnum cælorum uim patitur, & uim facientes diripiunt illud: quia cum regni cælestis possessio Israël predicaretur, fides tamen gentium possessionem hanc sibi Israeliti dissidentij præpererit.

Ambros. lib. in Lucam. 6. & serm. 15. ideo uim patitur, quia uel non intra unum populum continetur, sed omnibus qui uirtute niti, non sanguine uolunt, proponitur.

S. 2. Irenæus l. 4. aduersus hæreses de perpetua uigilantia interpretatur. Quæ enim, ait, fructio boni apud eos qui ignorant? Quæ autem gloria huius, qui non studuerint illi? Quæ autem corona huius qui non eam, & uictiores in certamine consequuti sunt? Et propter hoc Dominus uolentium dixit regnum cælorum. Et qui uim faciunt (inquit) diripiunt illud. Hoc est, qui cū uigilantibus instanter diripiunt illud.

Vim illam Cypr. de natiuitate Christi, de uictoria sui interpretatur. Optimè inquam, quia illa non de uino, alterone, sed cunctis uitijs habetur. Et uere, qui cunctis uiribus eo tendit, uim infert.

VERSUS 13.

Omnes enim propheta & lex, usque ad Ioannem prophetarunt.

QUESTIO I.

Quomodo omnes prophetae ad Ioannem prophetarunt?

S. 1. DVo ex his uerbis errores orti sunt. Prior multo uetior hodierno tempore; Ioannem uetere legem abrogasse, nouam condidisse. Alter uero omni nos lege solutos esse. Priorem plerique; hodie hæretici sequuntur. Alterum Valentinus. Cetero, Apelles, Anomi, Libertini, & si rem spectes plerique hodierni hæretici tumentur. Uterque refutatur. Nam Christi-